

De Baptismo. Decis. XLV.

ut albo Gossipio abtergatus caput baptizati facto Christate undam. Vicecomes de Antig. Baptismi. rit. lib. 5. cap. 37.

Pascha Sacerdos dat baptizato, vel Patrino can-delaat accensam, ad significandum, oportere, Ut sic lucent lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. Ivo Carnotensis Serm. de Sacram. Neopyst. & ad denotandas Nuptias spirituas contratas ab anima cum Christo. S. Cyrril. Jerol. Pro Catech. ad Baptiz. ibi: Et sponsales lampades uobis donante.

Dicitur, Vade in pace, & Dominus sit tecum; vice oculi, quod oīs baptizato infiebat Minister. S. Cyprian. epist. 59. ad fid. episc. tum ad innuenit. dam pacem, gratiam, & charitatem Christi; tum ad significandam parentelam, & cognitionem spiritualem initam in Sacramento. Tertullian. de Ven. land. Virgin. Card. Baronius Anno 294. Et omnes adstantes congratulabantur. Nicoph. lib. 3. Hist. Eccl. cap. 37.

Antiquiss. baptizati statim introducebantur in Ecclesiam ad audiendam Missam; & ad Sanctissimam Eucharistiam recipiendam. S. Clemens Pa-8 se. Primus epist. 3. de off. Sacerd. Et S. Dionys. Areopag. de Eccl. Hierarc. cap. de Baptism. In dñi etiam parvuli communicabant sub specie Sanguinis tantum; & idē jejunii portabant ad Baptismum. Hug. Victorin. lib. 1. de Sacram. cap. 20. S. Augustin. ad Bonifac. contra Heres. Pelag. Eminent. Card. Brancarius in Diffr. de Sacra Vaticana pag. 146. Sed quia sequebatur aliquando irreverentia, ob refectionem Sanguinis, coperunt Sacerdotes dare parvulus simplex vinum non consecratum, de quo Alcuin. & Magnus in suo Hierolex. Verb. Baptismi. col. 3. in princ. Deinde imponebatur in capite baptizati lertum, seu corona. Sever. Alexand. lib. de Sacram. cap. 20. & erat in signum victoriae, & dignitatis Regalis. S. Gregor. Nazianzen. Orat. 23. in laud. Heron. & Orat. 40. in S. Baptism. Dabatur etiam baptizatis lac, & mel. Tertullian. de Corona milit. cap. 3. & lib. 1. advers. Marcion. cap. 14. ad denotandas simplicitatem, & novitatem vi-tæ; iuxta illud 1. Petri. 2. Sic ut modis geniti infan-tes, rationabile sine dole lac concepiscuntur, ut in eo crescat in salutem. Et ad significandam dulcedinem Evangelicæ legis, posthabita auferitur leges Mo-saice. S. Hieron. in Iff. cap. 55. Et idē optimè S. Agnes ad Tyrannum dixit: Lac, & mel ex eius ore sumps. Lect. Brev. 21. Januar. ex S. Ambro. serm. 90. Et siquies ad præfens hanc ceremoniam obseruant Aethiopos. Magrius d. Verb. Baptismi. col. 3. Et Moschi ulterius imponunt baptizatis ad colum crucem ex auro, vel alio metallo, quam jugiter portant cum summa devotione, ita ut, si quis in morte eam non haberet, privaretur Ecclesiastica se-pultura; Et quamvis sine prolixi in Venerem, non audient peccata, nisi deposita illa Cruce. P. Menochius in Storæ Centur. 1. cap. 93. Dabant Baptizati stipem, seu eleemosynam Sacerdoti, quem etiam excipiebant convivio cum Patrinis. S. Gregor. Nazianzen. Orat. 40. in Baptism. quod fuit prohibitum in Moguntia. Concil. 2. cap. 16. Et isdem baptizati donabantur imagines Agni in cera alba benedicta, ut intelligenter, se propter Agni Christi Domini acerbitissimam mortem, pro humano genere obitum, salutarius Baptismi aquis ablutos sufficerent, se-Christianarum virtutum officia, & præcipue manutudinem, quæ in Agno eluet, omnibus demonstrarent. Durand. in Rat. div. offic. Hinc Romæ servatus mos confecrandi Agnos Ce-n-tificatus, deinde in quolibet septenno, feria tertia Pasche, & illos sollemni ritu distribuendo Sabatto in Albis, quia co die noviter baptizati tamquam Agni novelli isdem sacris imaginibus cereis dona-

bantur. Casalius d. part. 1. cap. 5. pag. 50. & Hierolex. Magrii Verb. Agnus Dei. col. 3. Vide de benedictione Agnorum Dei ex cera alba purissima, quæ facit Papa eruditio plures à me collectas de Sacrificio Missæ. Decis. 42. num. 65. Tandem per Notarium febat registratio nominum baptizatorum; qui etiam celebrabant Anniversarium diem sui Baptismi, sumptu exemplo à Gentilibus, qui recolabant festum diem Nominalium, nempe in quo sibi nomen fuerat impositum. S. Gregor. Nazianzen. Orat. 40. in S. Baptism. & Tertullian. de Idololatri. cap. 16. Hierolex. Magrii d. Verb. Baptism. Casalius d. part. 1. cap. 5. & Joseph. Vicecomes de Antig. Baptiz. Ritu. Hodie Parochi notant diem Baptismi, & valet ad probandum etiam. Barbo-va. de Paroch. cap. 7. num. 4. Rota part. 2. recent. decis. 699.

DECISIO XLVI.

ARGUMENTUM.

Quia frequenter scribunt Historici ex Mulieribus monstra nasci, quæ an baptizanda sint, multi dubitant; idē in præsenti Decisione referuntur octo genera Monstrorum, de quibus in summario, & docetur, quæ sint capacia Baptismi.

SUMMARIUM.

1. Centauri, Hippocentauri, seu Onocentauri quinam sint?
2. Fauni, Satyri, & Homines Pilosi an den-tur?
3. Tritones, & Homines marini an reperi-antur?
4. Nymphe, Nereides, Sirenes, seu mulieres mari-ne an dentur?
5. Cynocephali qui sint?
6. Nani, Pygmæi, & Pumili homines an, & ubi existant?
7. Gigantes an dentur, ubi, & quomodo gigan-tus?
8. Androgyni, & Hermaphrodites qui sint? & unde dicantur?

T Estantur historiæ non semel à pueris edita esse monstra; idē hæc materia Monstrorum plene est explicanda, & pro fundamento proponit Catus: Non puerum, sed Monstrum peperit Puer-para. Vocatus Parochus ad baptizandum: Queritur, quid ei agendum? Pro intelligentia hujus casus, & antequam deveniatur ad ejus resolutionem, cum ex Philothesi, Medicis, & Historicis plura scripta fuerint de Monstris: ne Parochos lateante ea, quæ naturam, cauas, & qualitates Monstrorum attingunt; & ut faciliter discernere, ac judicare valeant, quid sibi faciendum circa administrationem Baptismi, si aliquando casus baptizandi aliquod monstrum eveniat; placuit sequentia dubia, breviter tam proponere, & dilucidare.

DUBIUM I.

An dentur Centauri, Hippocentauri, & Onocentauri.

C entaurorum nomine censentur Monstra illa, quæ habent extarnam speciem hominis pro medietate; & pro alia medietate Bestiarum: adeo ut monstra illa, quæ referunt speciem semi-hominis & semiequi, appellantur Hippocentauri: quæ vero semihominis, & semianini figuram portant, Onocentauri dicantur. Hæc monstra reperiuntur alii negant, alii affirmant, alii dubitant.

Quod

De Baptismo. Decis. XLVI.

Quod non dentur hæc monstra in rerum natura autem sunt Tullius lib. 1. Tuscul. Quæst. & lib. 2. de Natur. Dtor. Lucretius Poeta lib. 4. Solinus cap. 13. Seneca lib. 8. epist. 59. Galenus lib. 3. De Utopia. & Justinian. Imper. In Institut. tit. de Inutilib. Speculat. § 5. ibi: Aut si quis rem, quæ in renum natura non est, aut esse non potest, dari Speculator fuit, veluti Sichum, qui mortuus fit, quem vivere credebat, aut Hippocentaurum, qui esse non posse, inutilis erit Speculator. Idem docet Celsus, Ac-cursius, & ali DD. in I. Si ita Speculator. 97. de Verb. obligat. Ac tenuit S. Augustin. lib. 18. de Croit. Dei cap. 13. ibi: Fabule sunt de Triptoleme, &c. De Minotauro, &c. De Centauris, quod equorum, hominumque fuerit natura coniuncta.

Dari autem Centauros, Hippocentauros, & Onocentauros arbitrii sunt ex scriptroribus antiquis Plinius lib. 7. nat. Hist. cap. 3. Aelian. lib. 17. c. 9. His. Var. Plutarch. in corvino Sapient. & S. Hieron. in Vita S. Pauli Eremi primi; & Isidor. cap. 13. Vers. 20. & d. cap. 34. Vers. 14. & alios relatios per eudem P. Schottum in Physic. Cur. d. lib. 3. cap. 2. Et ex modernis de istis animalibus mentionem faciunt Nieremberg. lib. 5. His. Natur. cap. 9. Giraldus. His. Doro. Syntag. 15. Delius lib. 2. Disq. Magic. 9. 27. & 2. Natal. Comit. lib. 5. Mytholog. cap. 8. Theat. Vita Human. Verb. Satyrus, & Torreblanca lib. 2. Disquisit. Magic. cap. 33. Qui omnes concentri dari quidem Faunos, Satyros, & Homines Pilosi, sed esse animalia silvestria saltationibus, & venereis turpibus actibus propensa, ut ex Alberto Magno nota Nieremberg. d. lib. 5. cap. 9. quæ quando abique dubio expertia sunt ratione, & incapaci Sacramenti Baptismi.

DUBIUM III.

An dentur Tritones, & Homines Marini?

T ritones, seu Homines marini sunt homines? Pisciformes, qui nascuntur in mari; Oceanus enim non minus, quam Terra est ferox Monstrorum, & de his mentionem faciunt Plinius lib. 9. His. Nat. cap. 5. Alex. ab Alexandre lib. 3. Genial. Dier. cap. 8. Gelner. de Aquatilib. 4. Nieremberg. d. lib. 5. cap. 14. & Ramofius tom. 1. Navig. refert in Littore Aethiopico, ultra bonæ spesi Promontorium fuisse repertum Piscis cadaver homini perfimile, homine tamē longe magis procerum, cui cutis erat squamus contexta, capilli durissimi. Et Olaus Magnus lib. 21. cap. 1. tradit. In Norvegia Oceanus marina quædam monstra esse, quibus est humana facies, simul cum Monachorum cuculli quædam similitudine. Petr. Hispanensis part. 11. cap. 22. refert ad Renatum Regem allatum fuisse Marinum hominem. De alio testatur Guicciardini, in descriptione Belgij. Anno 1523. tertio die Novembri repertum fuit Romæ in Ripa majori marinum Monstrum hominiforme usque ad umbilicum, deinde Piscis bifida cauda, in semilunæ speciem recurva. Alia exempla habentur apud P. Schottum d. lib. 3. cap. 3. ubi ponit quatuor effigies; & de his non est dubitandum, esse irrationalia animalia, & nullatenus baptizanda.

DUBIUM IV.

An dentur Nymphe, Nereides, Sirenes, seu Mu-lieres marines?

H is nominibus significantur marina monstra feminæ, quæ frequenter in Oceano visa, & reperta sunt; Pices scilicet speciem humanam ostentantes, sed elegantissima forma adinflata mulierum. Describuntur a P. Athanasio Kircherio in Itiner. escaitico 2. Dialog. 3. cap. 1. pagin. 623. his verbis: Corne caput bony female, longa quadam Cesariæ, at minimi pilosa; sed in cirros questam carnos, & pulposa disiens, vestitum. Vides faciem quidem pulchram, oculorum vivacitatem de-

De Baptismo. Decis. XLVI.

coram, & blandam; sed qui ad decoris complementum unice desiderabantur, neso definitum. Brachia solitus hominum longora, manuque non in digitos more humano diseretas, sed ad instar pedum antenorum cartilagine interceptas, ad natandum ad naturae se confitutas. Aspice rotundas, & tumidas mammillas; quam candore niveo pelus, venterque nitent; quanto splendore coruscant. Sexus tamen disserimus ob caudam pisces, eaque pralongam, cum qua corpus terminat. De his speciosis monitis marinis loquuntur Plinius Nat. Histor. cap. 5. Alex. de Alexander. lib. 3. Genital. Dier. cap. 8. Majolus in Diebus. Canic. collig. 9. & Schottus d. lib. 3. cap. 4. §. 1. & seqq. ubi §. 3. obseruat, Sirenes alias effe aquatiles, alias volatiles, quae ex Pausania, & Suidas in Mare præterentium aures cantilenis suis demortant, & in mortis differunt aducant: unde Ovidius lib. 3. de Arte amandi cecinit:

Monstra mari Sirenes erant, qua voce canora Qualibet admisas detinere rates.

Caterium apud Batavos suse Sirenem, que didicerat formare Crucem, venerari Christi Imaginem, multa mulieribus munia obite referit idem Schottus d. lib. 3. cap. 5. §. 3. Nilohominis non est credendum habuisse animam rationalem, quia & Pythagorichi, & aliae aves discunt fari, & simile solent canticum formare, & alia servitia facere; idemque reputandas sunt incapaces Baptismo supradictæ omnes Sirenes, Nereides, & Nymphæ. Tandem paucis ab hinc annis vidisse in Mare Aethiopio Pygmaeum Multis appellatum; formæ scilicet, stature, speciei simili mulieri, cum mamillis, brachis, manibus, quinque digiti, & coxiis, excepto capite, & pedibus, illud enim erat, quod habet Tinca, hi verò relinabantur in cava plicium, testatur R. P. Joannes Antonius Cavatus Capucinus in Historia Regionum Congi, Matambe, & Angolas lib. 1. num. 132. Typis data Bononiæ anno 1687. ubi sculpta ejus imago inspicitur.

D U B I U M V.

An dentur homines Cynocephali?

Homines Cynocephali sunt illi, qui habent caput caninum, & hos reperi in India, & in Tartaria magna referunt Plinius lib. 7. cap. 2. Elianus Histor. Anim. lib. 4. cap. 46. Marcus Polius lib. 3. cap. 18. Vincent. Belluacens. lib. 16. de Civit. Dei cap. 8. & Isidor. lib. 11. Etymol. c. 3. Porro Schottus cit. lib. 3. cap. 6. putat plures fabulas de his Cynocephalis esse confitas; & potius ex astutia, & vorax aliquius nationis, eidem caninam suse faciem impactam. Quod si daretur casus de baptizando canicidente adulto, effet adverendum, an vocem humanam, an intelligentiam, & tunc rationis haberet. Quod si esset recens natus, omnianque alia membra humana haberet, & praecipue pectus, & cor; perculumque effet in mora, posset baptizari sub conditione, si homo es; ut dictum est cum Theologis infra. Plures Cynocephalos ortos refert Fortunius Lictetus lib. 2. de Monstris c. 58. ex Authoribus ibidem per eum allegatis.

D U B I U M VI.

An dentur homines Nani, Pigmæi, & Pumili?

Nanos quotidianus videmus etiam in regionibus nostris, præcipue apud Marchiones, Principes, & Reges; eti non ita parvus, ut erat ille apud Ducem Bavariæ, de quo refert P. Schottus d. lib. 3. cap. 7. §. 1. quod in convivio ejusdem Cellitudinis fuit Nanus ipse armatus cum brevi hasta,

& gladio accinctus, inclusus in artocreate, vulgo Pasticcio, & sic portatus in Menfa: cùmque Dapifer artocreas frangeret; inde Nanus erumpens; & stridens gladio super mena gladiatorum in morem saliens, omnibus rufum, & admirationem intulit. Aliorum Nanorum pusillam staturam narrat Nierimberg. Hist. Nat. lib. 5. cap. 16. quos ipse in Aula Regis Hispaniarum viderat. Et Cardanus lib. 11. de subtil. afferit, se vivente circumferri solitum in Italia virum perfecta attate, cubiti longitudine, in Pyttagri cavae. Ego quoque Roma vidi in domo unius ex Principibus dicta Alonæ Urbis. Numerum iti pumilem, ut cum quid mali, vel infestis alicui faceret, loco carceris reponebarat in causa ex filii ferreis, & lignicolis constructa, quæ eudem includens, tamquam Plyttacum, in Aula suspensa continebat. Porro Nanos effi homines ratione, & capaces Baptismi quisque videt.

Monstra mari Sirenes erant, qua voce canora Qualibet admisas detinere rates.

Caterium apud Batavos suse Sirenem, que didicerat formare Crucem, venerari Christi Imaginem, multa mulieribus munia obite referit idem Schottus d. lib. 3. cap. 5. §. 3. Nilohominis non est credendum habuisse animam rationalem, quia & Pythagorichi, & aliae aves discunt fari, & simile solent canticum formare, & alia servitia facere; idemque reputandas sunt incapaces Baptismo supradictæ omnes Sirenes, Nereides, & Nymphæ. Tandem paucis ab hinc annis vidisse in Mare Aethiopio Pygmaeum Multis appellatum; formæ scilicet, stature, speciei simili mulieri, cum mamillis, brachis, manibus, quinque digiti, & coxiis, excepto capite, & pedibus, illud enim erat, quod habet Tinca, hi verò relinabantur in cava plicium, testatur R. P. Joannes Antonius Cavatus Capucinus in Historia Regionum Congi, Matambe, & Angolas lib. 1. num. 132. Typis data Bononiæ anno 1687. ubi sculpta ejus imago inspicitur.

D U B I U M V.

An dentur homines Androgyni?

Affirmat Moyses in Sacra Genesi cap. 6. vers. 7. ibi: Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Et iuri sunt parentes à sacro viri famo, ubi Cornelius à Lapide ita scribit: Burgenus putat Gigantes suse demones humana species indutus. Valemus putat gigantes suse filios demonum incuborum. Philo putat homines scleratissimos vocari gigantes. Sed certum est, gigantes suse homines mon-

D U B I U M VII.

An dentur Gigantes?

Affirmat Moyses in Sacra Genesi cap. 6. vers. 7. ibi: Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Et iuri sunt parentes à sacro viri famo, ubi Cornelius à Lapide ita scribit: Burgenus putat Gigantes suse demones humana species indutus. Valemus putat gigantes suse filios demonum incuborum. Philo putat homines scleratissimos vocari gigantes. Sed certum est, gigantes suse homines mon-

De Baptismo. Decis. XLVI.

monstrofia statura, robore, latrociniis, & tyrannide insignes. Et paulò post subdit: Gigantes maximè generati sunt ex filiis Seth (bi enim vocantur Filiis Dei) qui integrerim erant viribus, & jam à primæva integritate degenerantes, summo amore, ardoreque libidinis, toti in terram, & ventrem proieci, filibus Cain (bi enim vocantur filii hominum) utpote paliberrimis agglutinati sunt. Fecit enim libido, ut natura in iis omnem suam vim, & extremum potentie sue exerceret; & ita vastissimi, ac validissimi homines prognati sunt. Vide hic, ut robustus, ac virtuosis viribus in utramque materiam incumbit, & sic in uno, eodemque fratre utrumque sexum imprimat. Ita Majol. Collig. 3. ex Alberto Magno lib. 18. de Animal. trid. 2. cap. 3. Quando autem Hermaphrodites possint contrahere Matrimonium, vel Sacros Ordines sumere, non est hic locus decidendi; videantur Doctores in l. Queritur. ff. de stat. homin. Moralistæ de Sacra. Ord. de Matrim. & ex Theologis Mastrius in 4. sent. disp. 7. num. 42. 7. & Eminent. Cardin. de Laura de Ordin. disp. 9. num. 13. nec non prædicta mea decis. 43. de Penitentia, in qua copijs tractavi hanc materiam de Hermaphroditis, declaranda varia genera eorumdem, & signa à Medicis tradita, vel cognoscendum, an prævaleat sexus masculinus, vel femininus ad effectum tum succendi in fideicommissis, tum recipiendi Ordines Ecclesiasticos, vel contrahendi Matrimonium. Satis enim est hic docere, non esse difficultatem circa Baptismum collationem fixè baptizetur tamquam mas, fixè tamquam femina: immo si sexus cognoscit non posset, potest imponi nomen fixè masculinum, sive femininum ad arbitrium baptizantis, eò quia (ut diximus supra) in Decis. 44. num. 11. sunt rationes, & Doctores pro utraque opinione; apud Gobat de Baptism. trid. 2. num. 338. & 339. nec non n. 429. ubi advertit ex Soto in 4. sens. disp. 1. q. 5. art. 8. Vers. Postremum denique; cuidam feminis in provecta aetate prominuisse foras sexum masculinum; & plurimas consimiles mutationes de feminis in males narrant Tiriacell. de Legib. Connub. l. 1. n. 100. & 101. Deltrius Disquis. Mag. lib. 2. q. 22. docentes est contra non reperi apud aliquem, quod viri mutatus fuerit in feminam, quia natura tendit ad id, quod est perfectum. Etsi Lictetus de Monstris d. lib. 2. cap. 54. relat. pluribus exemplis puellarum, quæ sexum masculinum sunt posse affeuerent, subiungat etiam masculos feminas naturam induere posse, ex testimonio Aufonis Epigram. 68. cui tamen obstat illud vulgare: Pictoribus, atque Poëtis fert semper fingendi potestas. Porro si daretur casus, quod Monialis professa mutaretur in virum, ipsa egredi deberet Monasterio; & ducere posset uxorem, quia vota facta de cœlitate fervenda tamquam femina, non sunt extendenda ad statum masculinitatis, nisi renoverentur, ut dixi in d. Decis. 43. de Penitentia, & scribit Diana part. 5. trid. 14. resol. 49. que fedet in Coord. tom. 7. trid. 1. resol. 341. ubi allegat Texedam, & Torreblan profe contra Portellum. Et Pignatellus tom. 4. consul. 34. ubi ait, nostra aetate Afisi hunc casum evenisse; & probat, professionem fuisse ab initio invalidam, quia Monialis ab initio erat vir, quamvis non constaret de sexu virili, tamquam abcondito, & in natura sub membranis retento; qui postea vi caloris naturalis foras erupit, quando facta est mutatio sexus; & de hac penis eruptione agit copiosè idem Lictetus d. lib. 2. cap. 54. & ex doctrinis Medicorum prædicta mea Decis. 43. de Penitentia, non abique magno studio extenta.

De Baptismo. Decis. XLVII.

DECISIO XLVII.
ARGUMENTUM.

Declarantur alta plures species Monstrorum in Summario nominatorum. Queritur an Diabolus possit mutare homines in bestias, & quod, ac quibus modis? Dicitur de Nabucodonore transmutatio in bestiam. Referuntur partus numerosi varium Mulierum.

SUMMARIUM.

- 1 Caudati homines qui sunt?
- 2 Auriti qui sunt?
- 3 Astomi, Brachistomi, & elongues qui sunt?
- 4 Monoculi qui?
- 5 Acephali qui?
- 6 Polypephali qui? & quomodo predicit omnes sunt baptizandi?
- 7 Homines mutati in bellus an dentur?
- 8 Diabolus quot, & quibus modis mutet homines in bestias?
- 9 Nabucodonosor quomodo mutatus in bestiam?
- 10 Partus numerosi mulierum an dentur? Exempla eorumdem.

Praeter suprarelata genera Monstrorum, remanent adhuc alia multa, que explicatione agent ad complementum hujus narrationis. Ideo Queritur,

DUBIUM IX.

An dentur homines Caudati, Auriti, Astomi, Brachistomi, Elonges, Monoculi, Acep- phali, Polypephali?

Caudati homines sunt illi, qui nascuntur cum canda ad instar canum, vel equorum, de quibus Plinius lib. 7. cap. 2. proprie dicunt; & Nierimberg. lib. 1. de Miracul. Europ. cap. ult. Schottus in sua Physica Curiosa d. lib. 3. cap. 11. §. 1. ubi hoc, ait, pœna punitus Anglos, qui caudas plicium proiecserunt in faciem S. Augustini Apostoli illius Regni. Et lib. 5. cap. 29. §. 2. ex Polydor. Virgil. Hist. Argic. lib. 13. narrat quod impi homines inciderunt, contemptus causa, caudam equi, super quo S. Thomas Cantuarientis Archiepiscopus, coetus ab Henrico Rege exultare, equitabat, quare in punitionem, eorum descendentes nasciebantur caudati.

Auriti sunt illi, qui à natura reportant aures in effusam magnitudinem dilatatas, de quibus ex Plinio, Solino, Piggafetta, & Nierimbergico lib. 8. Histor. Nat. cap. 1. loquitur P. Schottus d. lib. 3. cap. 1. §. 3. referens reperi homines, ac mulieres cum auribus sic expansis, ut in altera extensi jacent, altera teguntur.

Astomi sunt, qui carent ore. Brachistomi, qui parvum os habent. Elonges, qui vel lingua carent, vel ejus uia privati sunt. De his scribunt Mellini lib. 3. Ethiopia, Plinius lib. 6. cap. 30. & Solinus cap. 43. ex antiquis. Inter recentes Nierimberg. lib. 8. Hist. Nat. cap. 1. dicens, quod predicit Aforni nutriliunt ex odore florum, fructuum, & herbarum, quas olfacti, & naribus, non stomacho condunt. De Astomis crederet hoc eti difficultate non de ceteris; videmus enim mutos, qui gestibus, atque nutibus exprimunt ad vivum sensu suos, ut notat Schottus d. lib. 3. cap. 11. §. 3. Et ego dixi de Panit. Decis. 22.

Monoculi sunt, qui unum tantum oculum in fronte portant, de quibus Plinius lib. 7. Hist. Nat. cap. 2.

Aul. Gell. lib. 9. cap. 4. & Solinus cap. 25. §. 43. Acephali sunt illi, qui caput non habent; quos videlicet testatur S. Augustinus serm. 33. ad Fratres in Eremo, dicens: Ecce ego jam Episcopus Hipponeensis cum quibusdam servis Christi ad Ethiopiaem perrex, ut eis sanctum Christi Evangelium predicarem: & vidimus ibi multos homines, ac mulieres capita non habentes, sed oculos grossos fixos in pectora; cetera membra equalia nobis habentes. Et paulo post: Videlimus, & in inferioribus partibus Ethiopiae homines unum oculum tantum in fronte habentes. Porro Aldrovandus credit, prædictos populos non esse re vera Acephalos, seu sine capite; sed solam fine colla; ob id, que caput ita immediate connexum busto, ut os, & oculi apparent esse in pectora; quod verisimilis videtur; ita enim necessarium est homini caput, omnium sensuum internorum, externorumque fides, ut sine illo homo subsisteret nequeat. At Liceus d. lib. 2. de Monstris cap. 30. nonnullorum Acephalorum exempla, & effigies ponit.

Polypephali sunt contra sunt homines bicipites, qui nascuntur cum duabus capitibus, quorum exempla 6 plurima ex Historiis antiquis, & modernis leguntur apud Schottum in Phys. Cur. lib. 5. cap. 2. §. 1. & 2. ubi §. 3. ex Aldrovando ponit aliud Monstrum heptacephalon, idest natum cum septem capitulo, & septem brachii anno 1587. in regione Novarense, & consimile anno 1625. in Oppido Fori Juli Pordenone appellato. Horum monstrorum varia, & admiranda exempla, ac figuræ reperit curiosus Leitor, etiam apud cundem Fortan. Liceum de Monstris d. lib. 2. cap. 58. Causam autem horum monstrorum censent Philosophi, ac Medici esse ubertatem materie feminale in loco angusto immisit, ubi natura gemellos componere vellit, sed elaboratis duabus capitulo, cum ob angustum uteri non possit integrum duo corpora fabricare, cessat ab opere; applicando totam materiam unu corpori, quod solet esse iusto crassius. Ita Schottus lib. 5. cap. 30. §. 2. Quod ad Baptismum attinet, dubitari potest tantummodo de Polypephali; sed in his, ut dicimus infra, caput principale est absolute tinctendum aqua lutea; minùs vero principale, sub conditione, si est aliud homo rationalis, et baptizandum, ut docet Gobat de Bapt. num. 276.

DUBIUM X.

An dentur homines mutati in bellus?

Ope de monstros viros, ac mulieres mutantur in bellus notissimum est ex pluribus auctoribus scris, atque profanis, à quibus infinita proptermodum exempla transcribitur P. Schottus in sua Physica Curiosa lib. 1. cap. 26. pro totum; ibi videnda; & lib. 3. cap. 20. nec non Liceus ubi supra lib. 1. cap. 13. & lib. 2. cap. 73. Quod quidem triplici modo fit à diabolo. Primo occultando personam, quam vult transmutare, eamque subtrahendo ex aliorum oculis, & ejus loco seipsum, sub figura bestie ex aere compositæ, sistendo. Secundo aptissime circumdando extixias ferarum illis ipsi, quos sub bestiarum forma vult apparere. Tertio effigiem belluam ex aere compendiendo, & illam singulis membris hominis immutandi applicando; ita ut phantastica effigies cooperiat totam personam; quam qui videt, bestiam credit videre; & hinc est, quod Striga in hanc formam transmutata, & aliquando percussa, reperte sunt fauicatae, & offensae in proprio corpore, juxta membrum percussum in corpore phantasticum. Delius Disquisit. Magie. lib. 3. q. 18. ubi narrat Historiam Veterum Strigæ sub forma felis accidentis ad cunam infantis, quam ligno percussa Cerdio pater pueri ad eum bene, ut ipsa vetula necesse haberet per plures dies in lecto permanere. Ceterum digna scitu est apud

De Baptismo. Decis. XLVIII.

apud omnes Parochos historia Nabuchodonosoris Regis Babylonis, quem conversum in bestiam testatur Scriptura Sacra in Daniel. cap. 4. num. 30. Quomodo igitur haec mutatio in bellum facta fuit? Origines autus fuit dicere, hanc fuisse parabolam exprimentem casum Luciferi; sed cum redarguit S. Hieronymus, quia fuit vera historia, & verum factum in persona illius Regis. Medina lib. 2. deinde cap. 7. putat mutationem fuisse merè præfigitato-riam, ut scilicet Regis sibi videbatur esse bos, & oculus astantium, vel per illusionem sensuum, vel per compositionem, & applicationem figuræ bovis ex aere compactæ, & applicatae corpori ipsius Regis; sed haec repugnat verbis Scriptura dicentis: cor fera ipsi datum, & famum us boven comedisse. Alii volunt imaginationem Regis ita vehe-mentem fuisse ut vere crediderit esse bovem. Ita Francisci Valles de Sacra Philos. cap. 8. & Hier. Mercur. lib. 6. Var. Let. cap. 20. Alii quod privatum fuerit rationis uia, & considerare in dementia, per septimum, quo tempore tamquam Bos errabat per prata, vivens ex herbis, ac si vere Bos, & bestia fuisse, ut pluribus citatis discirrit Schottus d. lib. 3. Physio. Cur. cap. 21. Ceterum factum Nabuchodonosoris tamquam nature metas excedens fuisse merum miraculum ait Liceus d. lib. 1. de Monstris cap. 13. At Tirinus in cit. cap. 4. Daniel. Vers. 13. ait, quod ita fuit turbata phantasia Nabuchodonosoris, ut sibi videbatur esse bestia, v. g. Ursus, vel Bisont, vel aliud Bos sylvestris, unde subdit: Nec tamen sola phantasia, & appetitus ejus sic turbata fuerunt; sed etiam cordis, & corporis temperamentum, ita immutatum, & effervescit, ut esset simile temperamento ferarum bestiarum, quantum fieri potuit circa naturam humanæ amissionem; unde, & facies ejus ab humana fuit non nihil diversa, & accedens ad fertim: cutis non molis, sed dura, pilis vestita crassissima, longissima, & nigerrima ex fulgine crassissimæ Melancholie lensim subfornit, quæ representant horridas, & minaces cristas Aquila, ut dicitur Vers. 30. Manus, & pedes callosi ungibus quasi aquilinis armati, quibus humi quasi quadrupes incurvus, pronus, & semper nudus reputabat, nec nisi herbis, & radicibus, ut bovino appetitu sibi à Deo indito obsequeretur, visitabat, omnium rationis, loquela, & vocis articulatae destitutus, ut Bos mugiebat. Hucusque Tirinus. Quod ad collationem Baptismi attinet, si Neophytus ex præfigio mutantur in bestiam, non esset baptizandus, supposita ejus aliena voluntate à fide, in qua si constans fuisse; credibile est Deum non permisisse, ut diabolus cum immutaret, quod secus esset dicendum, & faciendum, si ex sola imaginatione, vel defectu uis rationis crederet, esse in bestiam mutatum. His addere licet, tamquam monstruositatem sapiens sequens

DUBIUM XI.

An dentur partus numerosi mulierum?

Binas prolas à mulieribus edi unico partu, nec novum est, nec rarum. Nam & Rebecca uno partu peperit Jacobum, & Esau. Genes. cap. 25. & Thamar Phareum, ac Zaram. Genes. cap. 38. De Tergeminis natu scribit Titus Livius Decad. 1. lib. 3. Plinius lib. 7. cap. 3. Majolus colloq. 3. & Aldrovandus cap. 1. de Monstris. pag. 51. Quatuor natos una fecerit testatur Plinius lib. 7. cap. 3. Solinus cap. 2. & Caelius Rhodiginus lib. 4. cap. 23. Quinque simul proles natas habemus ex Aristotele lib. 7. Hist. Anim. cap. 4. & Aulo Gelio lib. 10. cap. 2. Senos factus enixa fuisse nobilem Matronam dicit. Parus apud Aldrovandum cap. 1. De Sacramentis in genere.

DECISIO XLVIII.

ARGUMENTUM.

Sicutur causæ, ex quibus gigantur Monstra, & docetur alias esse naturales, alias supra, alias infra naturam. Historis, & exemplis eadem de-clarantur.

SUMMARIUM.

- 1 Monstrua ex quo? & ex quibus causis nascen- tur?
- 2 Seminis humani superfluitas causa monstrorum. Item debilitas.
- 3 Conceptio factus in utero Materno descripta.
- 4 Semen humanum cum semine bestie nascit mon- stra.
- 5 Monstrorum editorum à Mulieribus exempla.
- 6 Corporis Materni nimium incommode mōstra gi- gnit.
- 7 Imaginatio genitorum causa Monstrorum. Exem- plia.
- 8 Monstra an sint ad presagium, vel punitionem ma- teriorum?
- 9 Mamobetus adventus Presagium in Taurica.
- 10 Petri de Luna Sc̄ipta prenuntiationum.
- 11 Punitionis causa Monstra nascuntur. Exem- plia.

Tot Monstrorum speciebus hucusque declaratis addamus nunc sequens Dubium; & queramus causas productionis eorum. Itaque sit

DUBIUM XII.

Quæ, & Quo sunt cause, ob quas nascuntur Monstra?

Varietas opinionum circa causas minor non est, quam sint ipsa monstra, que quidem innumerabilis reperiuntur. Porro causa ipsa vel sunt naturales, vel supranaturales, vel infranaturales.

De Baptismo. Decis. XLVIII.

De naturali in presenti dubio, quæ subdividitur in *Intrinsecam*, & in *Extrinsecam*. Causa *intrinsecæ* est: semen per carnalem copulam effusum in utero materno; quod vitiatum, vel per excessum, vel per defectum, vel ob incongruum commixtionem, huc indebitam collocationem, vel ob uteri angustiam, vel ob ejusdem in membranas non probata distinctionem, aliamve pravam dispositionem, aut conformatiōnem. Semen excessivum est: causa *Monstrorum*, ex Aristotle lib. 4. de Generat. Animal. cap. 4, ubi dampnantes frequentiores hominum congreſſus in carnali copula ex Galeno lib. de Histor. Philosoph. & Alberti Magno lib. 18. de Animal. cap. 6. & lib. 2. *Physic.* tradit. cap. 60. & seqq. ac alijs citatis per Schottum in *Physic.* Cur. lib. 5. c. 27. ubi colligit, quod ex horum Autorum doctrina feminis superfluitas facit, ut fetus vel plura acquirat membra, ut sex digitos, tres vel quatuor manus, pedes, aut duo capita (vel plura majora). Vies 3 veritas feminis defudit, (ut quia sit vel exiguum, vel debile, spiritibus vitalibus deficitum) ut fetus non nascatur omnia membra; & monstruosa in aliquo corporis parte nascatur, in causa esse dicuntur. Ob incongruum feminini commixtionis partiter generantur monstra: quamvis enim Deus primi Māris Adami corpus ex luto primæque Feminam ex Adamo Costa formaverit, formaticque animam infundet; reliquias tamen homines ex copula Viri, & Femina, & ex feminis amborum permixtione, quod corporis formationem progrī voluit; cui ipse deinde formato, ac penitus absolute infundet animam rationalem a se cretam. Quapropter observant Medici, & Anatomici, quod mixta ambo 3 feminis maris fecerit, & feminis in utero feminino, illiē quodam tenui tunica, ex calore uteri producta, concluduntur, & instar ovi tenue pellicula conclusi, copulantur; atque hanc vocant conceptionem. Postea præducuntur aliae tunicas, tamquam munimenta fetus, & conficitur membrana *chorion* appellata, quæ extendit crescente fetu, & post partum, in falciculum conculca, retegitur, ex ipsa tamen altera tunica dicta *amnīa* valde mollis, ambientis totum foetus humanum, ut à latitudine defendi possit; in britis vero fit alia tunica dicta *Ollauides*. Interim ex feminis ita mixtis emergunt subtilissime fibra, ex quibus primum omnium bifurcata, quedam vena, per umbilicum postea fetus ad uterum matrem directa, deducitur. In altero hujus venæ ramo sanguis colligitur, ex quo hepator generatur; ex altero vero ramo reliqua omnes venæ sunt, quæ ad unum truncum in superiori jecoris parte, nempe ad venam cavam referuntur. Deinde opere virtutis seminalis produxitur cor cum suis venis. Subinde cerebrum, nervi, offa, cum suis carthaginibus, & membranis, & ex his corporis compaginatur, in quod Deus Optimus Maximus a nimam ex nihilo cretam infundit. Igitur sex primis diebus post conceptionem, materia seminalissim utero contenta est adiutoria lactis. Subsequentes alii novem diebus in sanguinem mutatur. Aliis duodecim confundatur; reliquis decem, & octo usque ad quadrageſimquintum omnia membra perfectissimam formam adipiscuntur, ut deinceps fetus tantummodo augetur. Unde Versus:

Sex in lade dicit: ter fuis in sanguine terni;

Bis feni carnis: ter feni membra figurant;

Quæ omniæ me sualum faciunt, quod si bestia seminet in utero mulieris; vel vir nefandam copulam exerceat cum bestia, & in eius vulva seminat humanum profundat; etiū disputabili sit, an homines rationales possint generari, ut videbimus infra in Dubiis 16. & 17. nihilominus monstragigni possint tam in utero mulieris, quam in utero bestie, quæ habeant speciem humanam; ut de Hippo-

poentauris, & *Oncoentauris* diximus supradic, quam quis experit rationis, ut post longam disputationem consentit Schottus in d. lib. 3. *Phys. Cur. cap. 5.* §. 3. *Verf. Tertiū.* & in lib. 5. cap. 27, *Vers. Seminis confusio*. Hanc opinionem sufficiunt exempla relata à *supradic.* Antonio Masino cap. 1. pag. mībi 8. & 9. videlicet, Navarra Anno 1471. ortum esse monstrum cum tribus capitulo, viri uno, canis altero, & felis tertio. Anno 1474. Papia mulierem peperisse felem cum humana facie. Et Austra aliam mulierem pariter peperisse tres feles, duos masculos, alteram feminam. His addendum noster Fortunius Lictetus de *Monstris* d. lib. 2. cap. 71. & 72. ubi plenè examinat hanc dubitationem.

Uterius monstra efficiuntur ob indebitam collocationem feminis in utero: nam dum matres tota gravitatis tempore otiosæ domi sedent, vel decubant, cruribus curvo, & prono in genua corpore stant, dum onus subeunt, vel ventrum fasciis, aut vestibus artibus confinguntur, uterumque comprimit, eniūtū factus obstipos, repandos, gibbosos, pendibas, aut aliis corporis partibus distortos. Et idem est dicendum, si feminis non fiat equalis distinctio, & distributio ad omnes partes fetus, vel quia sit nimis crassum, & durum sperma, quod obruat virtutem gentiliter, atque formaticrem; vel quia sit nimis aquosum, ac fluxile; ex quo ossa, nervos, vetas, arterias, aliisque partes solidiores esiformare non possit, ut ex Medicis, ac Anatomicis philologophat Schottus d. lib. 5. cap. 27. Et huc de causa *Naturali intrinsecæ*; quam nascuntur Monstra. Sed examinanda sunt duo sequentia dubia necessaria scitu. Videlicet:

D U B I U M XIII.

An Imaginatio Matris sit causa Monstrorum?

*E*xtrinsecæ, sed præcipue causa monstrorum est *Imaginatio Parentum*, & præcipue Matris. Item *Lictetus de Monstris* lib. 2. cap. 42. & cap. 84. Idem de *Huānī fatus Constitut.* cap. 16. Plurima sunt exempla vetera, & nova. Gallinam ovis incubantem, milvum aperte perterritam exclusive pullos milvino capite scribit Avicenna lib. 1. de Animal. *Regina Äthiopæ* ex Rege Marito. Äthiopæ filiam albam editam, cùm ſep̄e affixisset statuam candam prop̄ thorax collocatam. *Heliodus* lib. 1. de *Rebus Äthiopæ*. Anno Christi 1282. In Pontificatu Martini Papæ IV. Matrona de familia Ursinorum peperit filium villorum, & in specim Urtungul armatum, ex aperte imaginum Urofornum, quæ in dicta domo erant depictæ. *Lycofen.* Ann. 1282. Item Anno 1599. Matrona aloquoq̄ honesta Venetii edidit gemellos ita conjunctos, ut agre fœtus discerni posset. Pudendi partus pudenda causa fuit, nempe propudiosa imago fulprena in thalamo, quæ complexus sponorum exprimebatur. *Stengelius de Monstr.* ca. 5. §. 13. Bononia Uxor pharmacopolæ gravidæ, cùm ſep̄e angues excoriatus obseruasset, ac vehementius appetivisset, puerum anguino capite peperit; ut ex Aldrovando refert Schottus d. lib. 5. cap. 30. §. 3. *Verf. Dubium non est.* Qui §. 1. etiam narrat se legisse Historiam memorabilem mulieris gravidæ, quæ postquam vidisset in erecto pegmate amputari capita nonnullorum reorum, paulo post peperit infantem Acephalum. Alia refert exempla idem Schottus d. lib. 5. cap. 28. §. 4. concludens cum his verbis Divi Isidori: *Hæc feminarum est natura, ut quales perpèxerint, sive mente cogitaverint, in extremo voluptatis offu, dum concipiunt, talēm sobolem procreent.* *Eccl. Animæ in uero* formas extrinsecas intus transmittit, earumque satiata typis, rapit species earum in pro-

De Baptismo. Decis. XLIX.

propriam qualitatem. Ex hac causa Monstra nascēntia, cum sint homines informati rationali anima; dubium esse non potest, quod sint baptizanda. Verum ad quem finem permitat Deus nasci monstra, nimis alta Quæſio est. Nihilominus sit

DECISIO XLIX.
ARGUMENTUM.

Disputatur famosa Quæſio, an dentur dæmones Incubi, vel Succubi, & an hi possint generare Monstra, vel cubando cum mulieribus, vel succumbendo cum Viris?

SUMMARIUM.

1. *Demones incubi, aut succubi an generent Monstra?*
2. *Demones incubos, vel succubos non dari, opinio DD.*
3. *Quid dentur, verior opinio DD.*
4. *Exempla demonum incuborum cum mulieribus.*
5. *Generare an possit diabolus incubus cum mulieribus?*
6. *Demonis incubi ope procreati an baptizandi?*
7. *Demonem nunquam succubum in vita nefando.*
8. *Homo ex dæmons succubo nasci non potest.*

Curiōsum autem super alia omnia hucusque exactum minata est sequens

D U B I U M XIV.

An ex Dæmoni incubo, & muliere succuba, vel Viro incubo, & Dæmoni succubo generetur Monstrum?

Tameſci dæmones non sint corpori, nec vim naturalem habent, generandi prolem; nihilominus quistio antiqua, ac celebris est, an dæmones possint, & soleant in afflupto corpore, & in specie viri configurato commiseri cum viris? Quod est quære, an dentur dæmones incubi, & succubi; incubus enim dæmon est, qui sub specie viri veniens incubat feminæ; Succubus autem dicitur, qui sub mulieribz figura succubant viro, mulieribz partit.

Et quid dæmones officium viri, vel feminæ in coenudo exercere non possint, plures Doctores opinati sunt apud Torreblancam lib. 2. cap. 30. & Edubiniūm de *Peregrini Philosop.* lib. 8. cap. 26. ac aliis multi, quos citat Deltrius *Dijquist. Magic.* lib. 2. quæf. 15. & hanc sententiam negativam metuit Wierius lib. 3. de *Prefigis demonum* §. cap. 18. & novissime Pignatellus tom. 4. consult. 101. n. 2. & 3.

Porro affirmativam sententiam tam multi, & graves tuentur Auctores, ut sine pertinacie nota ab illis difcedi non possit videatur: nam in ea est. S. Thom. in 2. sent. d. 8. & in quæf. disputatis q. 6. art. 8. de *Miraculis*. Item 1. part. q. 51. art. 3. & 2. q. 9. 6. art. 3. Card. Toletus in *summilib.* 4. cap. 15. Alphonſus à Castro de Juſta Heret. punit. lib. 1. cap. 16. Anan. lib. 4. de *Natura demonum*. Sprenger. in *Malleo* part. 1. q. 4. & part. 2. q. 1. cap. 4. & q. 2. cap. 7. Valerius de *Sac. Philosop.* cap. 8. Deltrius d. lib. 2. quæf. 15. Pierius lib. 8. in *Genet. diph.* 3. Toſtatis in *Genet.* cap. 6. q. 6. Lictetus de *Monstris* d. lib. 2. cap. 90. Schottus in sua *Phys. Curios.* lib. 1. cap. 21. ubi refert S. Augustinus hanc eandem opinionem tenentem lib. 15. de *Civit. Dei* cap. 23.

A qua quidem opinione non esse recedendum,

comprobant exempla plurima, quæ passim leguntur in *Historiis Sacris*, & apud pios Auctores de com-

mercio carnali, & conjugali copula inter dæmo-

nibus, & mulieribz copula inter Viros cum demoni-

bus, quorum aliqua refert idem Pignatellus d. tom. 4.

con-

De Baptismo. Decis. L.

consult. 101. num. 4. & Schottus cit. lib. 1. cap. 21. quibus ego addo alterum, quod legi in vita S. Ignatii Fundatoris Soc. Iesu conscripta à P. Daniele Bartoli lib. 5. num. 12. scilicet siue mulierem frumentum dæmonie incubi; que auditis Patribus Societas Iesu Missionariis p[re]sentianti studentibus, & Divinam Misericordiam magnificantes, sedispositio ad confitenda peccata sua; at metuens accessum dæmonis incubi, munita imagine S. Ignatii impresso papyro, & ejus confusa suffragio, post multas, & pergraves dæmonis tentationes, fraudes, & violentias, meruit ab eis aucti liberari.

Major difficultas est, an ex dæmonie incubo, & muliere succuba generetur fetus, quem Monstruorum sum deinde erit mulier? Et dari generationem, scribit Tostatus q. 6. in c. 6. Gen. his verbis: *Dæmons semen fundere nequeunt, cum corpori non sint, nec habeant undi semini decidant; sed ex viris accipunt ipsi mulieribus infundunt. Duo autem sunt eorum genera. Aliquando enim Dæmon succubus est, aliquando incubus, pr[et]eritemen succubus est, quam accubus. Nam cum viri nocturne semine polluantur, ibi Dæmon succubus, corpore ex aere in speciem mulierem figurato, semen accipit, seruatque, ne spiritus eius exhaletur, quod si aptum generationi intercedit, hominem esse rationali anima prædictum, sed potius monstrum siue generatum, non nisi cum magna confideratione erit baptizandum, & sub conditione, si si homo rationalis; ex traditis per DD. apud eudem Scottum d. lib. 1. cap. 22. Veri. Diabolico secundo lib. 3. cap. 8. & 6. Veri. Puto itaque. Et lib. 5. cap. 30. & 3. in fine.*

Quod si loquarum de homine incubo, & de dæmonie succubo, vicem mulieris agente, & proximo re se gerente (nam superbum, est immundissimum dæmonem in lodomita Veneri numquam voluisse esse patientem, & succubum observat. Segnioris in Confessario infraib[us] cap. de luxuria) absolutè tenendum est, nonquam sūlisse natam, nec nasci posse veram prolem humanam; plura enim desiderantur in conceptione, fetus formatione, ejus portatione, nutritione, & coagmentatione, quia dæmon quantu[m] sapientia præfere minimè valet; nimis enim mirabilis est Architectura, & organizatio corporis humani, quam componit natura, Dei ope, sapientia, & bonitate assistente: quod si aliquando dentur exempla de natis ex Matre dæmonie succuba, eisdem dicendum est suppositis suis, & ab aliqua muliere parturiente ablatos, vel fictitos, & ementitos ex aliquo alio dæmonie se puerulum constringente, ut bene notat Torreblanca lib. 2. q. 30. Serarius in cap. 6. Tobie q. 4. Deltrius lib. 2. Disq. Magic. q. 13. & Scottus d. lib. 1. cap. 22. Vers. Dico terio.

DECISIO L.

ARGUMENTUM.

Tria curiosa dubia resolvuntur: An Pater bellua, & Mater mulier simul generent? E contra, An Vir Pater cum Matre bellus? Et an feræ diversarum specierum simul coeentes? Ulterius an defectus parentum transmittantur in filios?

SUMMARIUM.

- 1 Bellua incubu an generet cum muliere succubae?
- 2 Danorum Regum origo.
- 3 Homo nasci non potest è Patre bellua, & mulieri Matre.
- 4 Aut ex Patre Homine, & Matre bellua? Exempla.
- 5 Rationes pro negativa.
- 6 Defectus naturales genitorum an transiant in filios?
- 7 Speciei diverse si feræ simul coeant, quid generent?

Potissimum tractavimus, an ex magna bellua Diabolo monstra possint generari? videamus quid ex aliis belluis irrationalibus. Ideo proponitur

DU-

De Baptismo. Decis. L.

75

DUBIUM XVI.

An ex Bellua incubu, & Muliere succuba nascatur Monstrum.

Negat Galenus lib. de Uso part. 3. tenens non esse possibile, quod ex feminis diversa specie fiat generatio; cui adhærent Comimbreces Comment. in lib. 2. Physic. Arif. cap. 9. q. 5. art. 3. & de hoc dubius remaneat Cardan. lib. 14. de Variet. rer. cap. 77. in fine, nimis, ut sit, dissentientibus inter se genitalibus, tunc forma totius, & portandi tempore.

Nihilominus affirmare nos cogunt plura exempla: nam Grammaticus lib. 10. Arif. Danica; item Johannes Episc. Upfallen. & Olavus Magnus in His. Se- pent. scribunt, Reges Danorum recognoscunt suam progeniem ab Urslo, à quo compresilla fuit Virgo pulcherrima, & ex eo genitus puer, fortissimus robore; qui factus vir, & uxore accepta genuit Trugillum Spragelex extimum Ducem: hic deinde Ultor, Ultro pofta Svenum, qui Dania Rex fut. Nierimberg. lib. 5. His. Nat. cap. 6. prodidit, in Regno Pegù eam nationem ducere originem à Cane, qui rem habuit cum puella naufragia. In Hispania esse familiam appellatam De Marinis, quid dicant, duxisse originem à Tritone concubente cum adolescentula, & nostris penè temporibus, Feminam deportatam ad Insulas lacertarum quosdam liberos. ē Simio tulipula. Historia pariter referunt, Attila Hunorum Regem ortum ex muliere confutata à Cane. Plura alia novissima exempla de Simis masculis copulam carnalem habentibus cum mulieribus infra confines Magni Regis Mogoli, & cum isdem filios generantibus narrat. Gemonius in Giro del Mondo part. 3. lib. 2. cap. 1. pag. 142. & seqq. His ade Fortunium Licetus d. lib. 2. de Monbris cap. 72. p[er] medium, ubi ex se[ri]a masculo pofte mulierem concipere, & ex parte vel parum hominem, vel totam feram, vel monstrum ex membris humanis, & feris compositum, juxta partes semineum mulieris, & feræ magis spirituosa; nec non imaginativam utriusque coeunt.

In hoc dubio mihi videtur adhærendum magis negative opinioni, & dicendum, quod si coetanialis brutum cum muliere, nequamquam gigante posse hominem; certum est enim quod virtus generandi hominem fiat in Semine Viri, quidquid sit de semine mulieris, quod multi Moraliter volunt non esse necessarium ad generationem. Diana part. 3. trah. 5. ref. 15. requiescent in Coordinato tom. 2. trah. 6. ref. 237. Igitur solum femen muliere non potest generare hominem, & ex minds commixtum cum female bruti animalis, ut tenet Scottus in Physic. Cur. d. lib. 3. cap. 5. & 3. Vers. Secundò, ex Torreblanca & Delrio ibi citatis. Ad exempla verò supra relata respondet, vel ea effabulosa, vel mystica, hoc est, ex fortitudine vel crudelitate, seu ira primi Parentis Regum Danorum, eum sūlisse appellatum Ur[um], quemadmodum Attilam ob astutiam, & vastritatem deserptum sūlisse cum facie canina, & generali à Cane. Vel potius, (quod notat e[st] dignum) dicens possumus, eatenac mulieres compressas carnaliter ab aliquo bruto concepisse, & perferre hominem; quia, ante copulam brutalem, ipsa mulieres coerant cum viro, & semen humanum in utero receperant; ut opinione contraria conciliando advertit Scottus d. lib. 3. cap. 30. & 3. Vers. Accidit nefaria: ubi subdit, quod semper in his casibus monstra effunduntur, in quorum baptismo Parochi esse debent attenti indognoscendo, an potiorum anima rationali. Hinc Gemellus ubi supra pag. 144. hec notat. Egli si è ben anche noto, come essendo nel Brasile una donna stata

conosciuta da un Simione, è divenuta gravida a suo tempo partor un fanciullo con tutte le membra umane, ma pelose; e che quantunque muovo faceta quanto se gli diceva. Sopra questo paro ebbero gran disprezzo i Padri Domenicani, ed i Gesuiti, se dar segli doveva il Battesimo, o no? E conchiusero non esserne capace. E contra vero non mindis cariolum, ac difficile est diffinire, prout requirit sequens

DUBIUM XVII.

An ex Viro incubo, & bellua succuba oritur Monstrum?

Affirmavit opinionem astruunt ea, quæ dicta sunt suprā de Hippocentauris, genitis ex copula Virorum cum equabus Magnetis; & quod assertur Plutarchus de infantie ei oblati, nato ex equa, impregnata ab Agafone. Plinius Cratene Paforem ex capella sustulisse filiam, homini, & capra similem. Nierimberg. lib. 5. His. Nat. cap. 6. Asinam peperisse filiam humana effigie formosissimam. Item ab equa partu editam filiam Hippomanum nomine; & apud Belgas vivifice virum satium è vacca genitum. Aelian. lib. 6. His. Anim. cap. 41. Hirunc ob rivalitatem in Urbe Sybari adolescentem Pastorem occidisse, quod capram adamauit, & ei coierit: nam ex ea natus est Silvanus infans humana facie, fed caprina habens cruta. Ec Gregor. Tholosan. in Syntagma Juris lib. 7. cap. 3. num. 9. Quod viri Indorum scelissimi quidnam cum feris coeunt, & inde mixtos, & semiferos esse parvus, & hanc sententiam amplectit[ur] Liceus d. lib. 2. cap. 69. 70. 71. & 72. absque hæstitatione.

Ceterum in hoc auctor minni vetus videtur, ex bestialiter commissa inter virum, & belluum, (quod omnibus flagitiis nefandis est maius) non posse genitum hominem anima rationali prædictum, tum quia discrepantia seminum, & diversitate specierum generatio fieri impeditur; tum quia bellua non generat secundum debito tempore pro humani partu conditione, ut docet Aristoteles lib. 4. de gener. anim. cap. 4. Credendum est quidem, monstra generari, aliam apparentiam humanæ speciei habentia; sed non veros homines, quia quidem monstra provenient non ex semine hominis bestialiter infuso in vulva belluina; fed ex semine bruti masculi, cum quo eadem bellua, vel parvus ante, vel parvum post coitum hominis, te copulaverit; & ne causa conceptionis in bellua erit femen belluina; caule vero monstrofatu[m] commixtio seminis humani; ut considerat Scottus d. lib. 3. cap. 5. & 3. qui ibid. in addit. reponit, det cum Duzifing. ad adducta exempla, dicens, vel esse commentitia, fabulosa, & non vera; vel parvus à belluis effusus cum humana specie, non sūlisse homines anima rationali informatos; fed brutos præferentes speciem aliquam, seu venustatem humanam, cum aliquo articulatione vocis more Pyrracorum; vel religiositate more Elephantum; quapropter forent hæc monstra judicanda omnino incapaces Sacramenti Baptismi. Quidquid sit de prædictis partibus monstrofatu ex parentibus diversarum specierum nos interpretat

DUBIUM XVIII.

An defecitus naturales Patrij, seu Matris, & corum monstrofatu transfundantur in filios?

Affirmative responderet Licetus de Monbris lib. 2. cap. 85. & Scottus in Physic. Cur. d. lib. 5. cap. 30. & 3. Vers. Quod si uterque his verbis: Quod si uterque, aut alteruter, idem genitorum simili aliqua monstrofatu est effecit, non dubium est, quia faxi

De Baptismo. Decis. LI.

fatu quoque eamdem aliquando imprimant. Hinc cœnocephali à cœnocephalibus; Scio pedes à scio pedibus, caudati à caudatis in aliquibus locis nescibantur; & etiam nunc in Africa, ubi major est copia monstrorum animalium, frequentius familiæ generantur monstrosa à genitoribus videlicet monstroso. His videntur duo addenda. Unum quod notat Petri. Gregor. Tolosan. Syntagma. Jur. lib. 40. cap. 2. num. 14. Vide licet Filios secundum Artilotalem à parentibus gigni, velutii ab ipsi inseparatos, adeo ut multi putari, & mores patris, & corpoream formam infundi in corpus filii. Aris. 8. Ethic. & S. Thom. 1. par. q. fin. art. 1. Imò Tertullianus lib. de anima opinatus fuit, ex anima Patris deradi, & ex omnibus membris sementem, iplumque in generandum filium transfundi, que opinio rectè dannata fuit.

Alterum, quod experientia quotidiana demonstrat in multis familias esse infirmitates, & corporis via hæreditaria: sed hoc non est universaliter verum; imò fatus raro, tum circa corpora, quia multi Patres proceris stature generant filios pusilio, & vice versa filii proceres nascuntur ex pusilio genitoribus; tum circa mores animi; plurimi enim genitores rudes dant in lucem filios, qui eminent sapientia; & è contra à Patribus eruditis, & eloquentissimi prodeunt nisi desituti omni sapientia, & habilitate, ut de filiis Scipionis, Ciceronis, Herodis Attici, & aliorum testantur historici: nec mitum, ait Aris. in Ploemat. Nam Mens viri prestantis, magis à natura sensus, carnisque remota, ac quasi suspenso, inopem ingenii conceptis genituras prestat. Tandem pro complemento Monstrorum videndum refat.

DUBIUM XIX.

An ex feris diverse species simul coeuntibus nascuntur Monstra?

Affirmative est respondentum; imò hanc esse principiam causam Monstrorum, quæ Africæ partit; scilicet ob frequentissimos carnalis congregatus, quos ad invicem habent feræ diversorum specierum, dum convenienter simus ad aquas, quæ ibi rare sunt, ut bibant. docet Aris. lib. 2. de gen. animal. cap. 5. & refert Lictetus d. lib. 2. cap. 68. Illud autem est adverendum, quid si feræ species diversarum simul coeant, aliquando ex eam coita nascitur animal tertiarum speciei absque monstrestate; vide licet quando genitores non admodum discrepant inter se quod ad naturam, & semina utriusque congru proportione coadunantur; ut sit, dum ex Equo, & Afina, vel ex Asino, & Equo nascitur mulus, vel ex cane, & lupo generatur lynx. Quod si valde sint discrepantes bestiæ quæ ad natum, & semina belluina valde sint inter se incongrua; tunc nascuntur Monstra, ut ex feris Africanis Panteris, Leopards, Tigribus, & aliis; circa quæ non est nobis opus immorari, cum ex fini baptismo, & de eius videndum Scottus in sua Physica Curiosa toto libro VIII. in quo de singulansimalibus terrestribus luculentissime agit. Et eruditus Lictetus d. lib. 2. cap. 68.

DECISIO LI.

ARGUMENTUM.

Proponit præsens Decisio, quasi monstra, diversarum Mulierum monstralia exempla: at præcipue ploriorum, quæ virtute, ac Sapientia coruscant, Et aliarum, quæ vitiose, vafraque fuerunt. Tandem dat decem Regulas observandas pro baptismis monstrorum.

SUMMARIUM.

1. Mulier, quæ contraxit 22. Matrimonia.
2. Mulieres Barbatae.
3. Mulieres doctria, ac Sapientia illustres.
4. Mulieres vafræ, & vitiose. Aliæ audientes Confessiones Sacramentales.
5. Regule servanda pro baptizandis Monstribus.

Hic esse debet finis hujus tractatus de Monstribus; verum quia videtur esse magnum Monstrum reperire aliquam mulierem præditam infigi virtute, vel qualitate; idcirco examinandum remanet.

DUBIUM XX.

De quibusdam Mulieribus admirantis?

PRO conclusione eorum, quæ de Monstribus hucusque retulimus, non piget notare aliqua admira-
randa circa mulieres, quas aliqui monstra naturæ
injuriis tamen appellarent. Scottus in Physic.
Car. lib. 5. cap. 2. Quidam fuit mulier experta duo,
& viginti Matrimonia. Gæl. Rhodigin lib. 14. cap.
8. Variis temporibus viæ sunt Mulieres Barbatae.
Lictetus d. lib. 2. cap. 55. Scottus in Physic. Car.
lib. 3. cap. 32. S. 2. ubi narrat miraculum S. Liberata, alias Uvilegfortis filie Regis Portugalie,
cujus eximia pulchritudine accentus Pater, eam in
uxorem hic copulare volebat, & deficiente quocumque
humano auxilio, ad reprimendum carnalem, &
mox incertum futurum Patrem, & Maritum, re-
currit ipsa ad Deum orans, ut à se pulchritudinem
auferret, quod obtinuit. Barba enim hispida, &
prolixa mentum illius, genaque contextit undique.
Martyrol. Rom. 20. Juli. Alia Virgo pulcherrima
Abulensis nomine Paula, ut à violenta Amatio eam
infelique liberaret, ingressa Oratorium S. Lau-
rentii certè Divinam operem. En statim oritur in
eius hyspida, ac mento hispida Barba, sive eius
mutatur aspectus, ut à lascivo ibi intrante non co-
gnoscatur; & inde intacta discederet, & Dei ser-
vitio incolunis se manciparet. Ita Hier. à Basili-
ca petri in Ephemerid. Sacris die 20. Februario pag.
420. Aliæ mulieres evaserunt in litteris eruditissi-
mæ. Amphibia sub Plotino Magistro. Aftosa di-
sciplina Platonis: Cheubolina filia unius è septem Gra-
tice sapientibus. Cornelia Africana uxoris, & Mater
Gracchorum. Damones Pythagoræ filia. Zenobia
Regina Palmyrenorum. S. Catharina Virgo, & Mar-
tyr, & alia plurimæ, quas coercavit Scottus d. S. 3.
Item Laura Veronensis, que veris Sapphicos com-
posita, Epistles, & Orations, græco, arce latino
Idiomate scripta. Cassandra Fidelis doctissima,
quæ publicam in hac Urbe Patavina disputationem
edit; & pulchræ verius Lyricos compoedit. Ac-
cedit Oliva Sabuco Hispana celebris in Medicina,
de qua Leonardus à Capua Dic. 1. pag. 31. Alias
refert Scottus ubi supra, quibus omnibus præmit
Helena Cornelia Nobilis Veneta hinc diebus om-
nibus scientiis, & linguis præfulgens, Doctoralis Lau-
rea in nostro Archigymna Philosphorum Patavi-
nino insignita, & Angelicis moribus ornata. Sub-
lequantur mulieres bellica fortitudine illustres tam antiquis,
quam modernis temporibus; sed illis relicta
laus nostra tendat in illas, quæ hic Patavi præci-
pue & familiis nobilibus Deum timent, Sacra-
menta Ecclesiæ frequentant, à mundanis ornatis abstinent,
& Doctrinam Christianam tenuerimo affectu
filialis pauperes edocent; quia de his recte dicunt
est. Mulier timens Deum ipsa laudabitur. Prov. 31.
Et, Fundamenta eterna super petram solidam; & man-
data Dei in corde mulieris Sandæ. Eccl. 26. Quia la-
rum

De Baptismo. Decis. LII.

DECISIO LII.

ARGUMENTUM.

rum mulierum sapientia, ac cœlesti doctrina corru-
scantium notitiam habere cupit, legat scripturam R.
P. M. Hier. Gratiani Carmelite Discalceati positam
in fine Operum S. Teresia, post Sententiarium ejus-
dem Sandæ, pag. mibi 308. & 309. ubi plurimum do-
cissimorum Mulierum relationem facit.

Porrò propriissime inter Monstribus referendæ ve-
niunt Mulieres ille vafræ, & vitiose, de quibus
exempla adducit Barbo in Votis Confutativi tom. 1.
libr. 2. Voto XIX. num. 49. & 50. ibi à studiis
legenda. Prout etiam Mulieres illæ, que in Regio-
ne Mengrelia (que est antiqua Colchis) anno 1614.
audiebant Sacramentales Confessiones, & alia Sacra-
menta Ecclesiæ ministrabant, ut novissime notat
Illustrissimus ac Reverendissimus Episcopus Bapti-
ginus in suis aureis Annalibus Sacerdoti, & Imperi-
i. d. Anna 1614. num. 28. pag. 243.

Revertamus modò ad resolutionem nostri. Casus
conscientia; in quo queritur, Quid agendum a Paro-
cho, dum vocatus ad baptizandum Monstrum? Nam
pro resolutione dantur Sequentes Regulae.

Prima: Quando certò confat, monstrum sub hu-
mana forma, quantumvis monstrum, esse prædictum
animæ rationali, baptizari potest, ac debet, etiam si
conceptum suisset ex muliere succuba, & dæmoni in-
cubo; est enim capax gratiæ baptismalis, & peccato-
ri originali fædatur.

Secunda: Si dubitatur, an prædictum sit Monstrum
animæ rationali, baptizari potest sub conditione.
Si es homo, ego te baptizo, &c.

Tertia: Quando Monstrum est bicorpor, & sunt
duo capita, vel duæ pectora, dupli baptismu est
opus, si equalia sint; quid si unum caput estefi-
citur, super eo sub conditione fiat bapti-
tus.

Quarta: Tertius est in prædicto cau facere duo
baptismata separata, quām unico baptimate Mon-
strum bicorpor abluere.

Quinta: Androgyni, seu Hermaphroditi absque
dubio baptizandi sunt.

Sexta: Pariter sunt baptismi digni, nascentes cum
monstris in alia parte corporis, nempe caudari,
auriti, atlomi, brachistomi, elingues, & monoculi.

Septima: De Acephalibus major est difficultas; idèo
confundiles Medici, & obseruantib; motus, & signa
ad cognoscendum, an insi Animæ rationalis.

Ottava: Monstra in corpore humano habentia caput
belluini, sunt veri homines, & idèo baptizanda; ut diximus de Cœnocephalibus dub. 5. Et si dubium
sit de anima rationali, bapti-
tus sub conditione.

Nona: Centauri, Hippocentauri, Onocentauri,
Satyri, Tritones, Nereides, Sirenes, & similia an-
thropomorphæ monstra non veniunt baptizanda; nisi
facta adulta talia signa darent intellectus, & rationis,
ut animam rationalem possidere crederentur, quo-
ca sub conditione possint baptizari.

Decima: Partus effuli à bellis copulata cum viro; vel
a muliere copulata cum bestia, juxta sententiam
Scotti, non sunt baptizandi, quia in utroque casu
ob diversitatem feminis homo generari non potest.
Sed quia in dub. 16. diximus esse valde notandum,
quod mulier compresa à bestia potest generare mon-
strum ex præcedenti feminine humana forsan recepto,
vel poti bestialiter commissum statim recipiendo
ex coitu cum viro; idèo etiam in hoc opus est mul-
ta prudentia in Parochi, ut obseruant, an sint indi-
cita sufficientia animæ rationalis in ipso Monstro; tunc
enim poterunt illud baptizare sub conditione ex Po-
sevin. Offic. Curat. cap. 6. n. ult. Gobato de Bapti-
m. trah. 2. an. 2. 17. uisque 285. Layman lib. 5. trah. 2.
cap. 6. n. 13. Maistro in Theolog. Mor. disp. 17. n. 42.
& ex Scotto in d. sua Physica lib. 5. in Appendix. cap. 4.
qui, si casus occurrerit, effet consulendus, præter
alios Moralitas, & Rituale Romanum in Rubric. de
Baptismo; Quibus addo Eminentis Card. de Lauræ
de Baptismo dñ. 15. num. 42.

Fidei vera, ac firma: Ex confessione libera, ut cono-
netur fidei certitudo. Lingua clara, insinuante redi-
catur, audacter veritatem predicens. Sed hebreæ
ipia nullam externam confessionem fidei fecerit; quam
si habuit in corde, occulte retinuit; & potuit au-
fugere è stabulo Judæorum etiam ex causa humana,
puta ex malis tractamentis sibi factis à marito fab-
bathario. Ergo neque habenda, ut Christiana, ne-
que concedenda Ecclesiastica Sepultura.

In contrarium tamen stat Veritas; nam & ipsa
Mulier, & infans in ejus utero existens baptizati
sunt baptismi Sanguinis, & dicuntur Martyres, quia
in odium fidei fuerunt à perfido sabbathario inte-
rempti. S. Thom. 2. 2. qu. 124. art. 1. ad Pri-
mum. Silvest. in Verb. Baptismus 1. num. 2. ex
Paludan. & alii. Cardin. Tolet. libr. 2. cap. 22.
num. 7. Anton. Volpi in Resolut. Moralib. Verb. Ba-
ptismus resol. 3. num. 3. Narbona de Estate ques.
2. num. 19. & idèo per Martyrium deletum est pec-
catum originale à Matre, & ejus prole; nec non
actua-

De Confirmatione. Decis. LIII.

actualia ab ipsa Matre; item remissa omnis pena, & animabus eatum apertus Paradisi, ut probavimus supra Dicif. XXVII. num. 8. de quatuor gradibus Martyri ex doctrina Vaquez tom. 2. in 3. par. disput. 153. cap. 7. Maftrii in Theolog. Moral. disput. 17. num. 7. & Gobati de Baptism. tradi. 2. num. 612. Et id est abfque dubio supradicta Hebreorum habet debet tamquam vera baptizata, una cum infante, baptismo Sanguinis. Bonacina de Sacram. disput. 2. quest. 1. pñct. 1. propof. 2. per totam Fernandez par. 3. cap. 2. §. 1. num. 1. &c. Viñorell. in addit. ad Tole. lib. 2. cap. 18. litter. F. & ceteris magis eruditis Eminentibus. Cardin. de Laurea de Baptismo disput. 13. in num. 48. & legi. ubi auctoritatis plurimae Sanctorum Patrum, & illud Evangelii Marc. 8. Qui perdiderit animam suam propter me, & Evangelium, salvam faciet eam. In dñ Silvester d. Ver. Baptismus 1. num. 2. tenet, quod etiam Mater ex violentia sabbatharii non moret, sed tantummodo infans periret per abortum, ester Martys, baptizatus baptismo Sanguinis, quam devivens in odium fidelis; quod est notatum valde dignum.

Neque subsunt motiva considerata in contrarium, que faciliter resolvuntur. Primum enim, quod non habuerit absolutum voluntatem, sed tale quod desiderium, quasi quid medium inter volitionem, & solitionem; est omnino falsum: nam si ejus desiderium suffit inefficax, & se habuisset neutrō modo, neque contentius, neque dissentientis, non augustinus est stabulo Iudaorum: quia quidem fuga de notaria absolutum voluntatem recipendi Baptismi, & profundi fidem Christianam; nam Voluntas voluntatis, seu intendens finem aliquem efficaciter, cognoscitur ex volitione mediiorum, quae sunt fidei, ad consequendum illum finem. Eminent. Card. de Laurea de Sacram. in genere disp. 3. num. 42. Sed inter media necessario pro obtinendo baptismo, & profunda fide Christiana in hac muile Hebreorum unum principale est fugere & manibus Iudeorum, & reliquæ omnia, quæ possideret, ut sequatur Christus; quandoquidem ille qui ex Iudeis cognoscatur ab ipsis propensus ad Christianam fidem, ita vinculis manipulari, & acte custodi inclusi, ut nemini viventem posse amplius videre, aut alloqui; ut mihi reluterunt Neophyti ab Eminentissimo Nostro presule unda futuri regenerati; & notat Julius Maurocenus Venetus, olim Rabbinus, non fidissimus Christianus in suo opere *Via della fede mostrata agl' Ebrei*, impreso Typis Romani anno 1683. in quo opere part. 3. cap. 12. agit de Odio Hebreorum erga nos Christianos, & advertit, ex præcepis libri *Talmud*, & documentis Rabbinorum, Iudeos teneri in nihilo nos Christianos juvare; immo si nos in aliquo periculo vita reperi-

- 2 Manuum impositio multiplex in Scriptura Sacra. Et quæ?
- 3 Hæretici qui negarunt Sacramentum Confirmationis.
- 4 Existenta Sacramentum Confirmationis.
- 5 Ejus institutio quando facta?
- 6 Chirisma cur consecratur in feria Quinta Cenæ Domini?
- 7 Definitio Sacramenti Confirmationis duplex.
- 8 Undiones Sacrae in Ecclesiis decem. Et quæ?

Nunc accedamus ad explicationem Sacramenti Confirmationis, quod olim dabatur statim post Baptismum, & nunc dati non potest nisi iis, qui

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

DECISIONE LIII.

ARGUMENTUM.

Referuntur diversa nomina, quibus punctupatur Sacramentum Confirmationis. Traditur ejus existentia, institutio, & definitio. Notantur variae manuum impositiones, ac Undiones Sacrae in Ecclesia.

SUMMARIUM.

- 1 Confirmationis Sacramenti nomina plura. Et quæ?

De Confirmatione. Decis. LIII.

qui sunt baptizati. Itaque in primis, & ante omnia videamus, Quid sit Sacramentum Confirmationis? Pro intelligentia studiosi & Clero premiserunt: Confirmationis Sacramentum pluribus nominibus nuncupari per SS. Patres; nam à S. Clemente vocatur *Confessio Confirmationis*. A S. Cornelio Papa *Signaculum Domini*. A S. Cypriano *Signaculum Domini*. A S. Dionysio Areopagita *Signaculum Idei Persépolis*. A D. Ambrofio *Signaculum Spiritus*. A Græcis *μαρτυρίου*, idest *Undis*, quam dictione Arabes corrumpunt *Mairim*. Melitenses vero magis ad græcum distinctionem accedentes *Miru* appellant; propriè autem dicitur *χειρός* à nomine Christi, idest *Undis*, quia Sacerdotes, & Reges ungebantur, ipse autem locutus est utramque Undionem in primo infantu sua Sacratissimæ Incarnationis, idest Somnum Sacerdotum, & Imperium absque fine; & nunc fideles omnes undionem Christi consenserunt, quia membra sunt æterni Sacerdotis, & Regis, cap. *Cum venisset*. §. *Quia vero*. Sac. Und. Sed obseruat Magistrus in Hierox. Verb. *Christina*, quod à S. Augustino vocatur *Manus impositio*, juxta illud Apostolorum: *Tunc imponebam manus super iles*, & *acepimus Spiritum Sanctum*. Ad. 8. 17. Porro manus impositio fiebat in Scriptura ad diversos effectus, videlicet vel ad expellendas infirmitates: *Super agros manus imponemus*, & *benehabebunt*. Marc. ult. 18. ad Exemplum coelestis Medicis, qui singulis manus imponens curabat eos. Luc. 4. 48. Vel ad dannandum benedictionem; sic Jacob benedicturus duos filios Joseph, extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris, sinistram autem super caput Manasse, qui major natus erat. Gen. 48. 14. & Redemptori nostro Oblati sunt ei parvuli, ut unus eius imponeret, & oraret. Matth. 19. 13. idest, ut eos benedicteret, ut ex S. Hieron. & Anfel. notat Gonet tom. 5. disp. 6. num. 17. Vel ad designandos, qui Arcæ Domini servient: *Ponet filii Ifrael manus super eos*. Num. 8. 10. Vel ad testificandum aliquid delictum, ut luxuriosi fenes fecerunt cum pudica Susanna, deducta in iudicium coram populo: qui posuerunt manus suas super caput eius. Dan. 13. 34. Vel ad collationem ordinum designandam, ut ajetat Apostolus ad concilium suum: *Noli negligere gratiam, que in te est; que data est tibi per prophetam cum impositione manuum Presbyteri*. 1. Tim. 4. 14. Unde formidandum monitum ad omnes Episcopos, quod idem Apostolus dedit ad eundem Timotheum: *Manus cui nemini imponere*. 1. Tim. 5. 22. Vel ad reconciliandos peccatores, aut hæreticos revertentes ad Ecclesiam. Eminent. Cardin. de Laurea de Sacram. Confir. disp. 2. num. 13. At per antonomasiam *Impositio manuum* significat Sacramentum Confirmationis, per quod nunc datur invisibiliter Spiritus Sanctus, qui tempore Apostolorum per eorum manum impositionem datur visibiliter; & dicitur *Confirmationis ab effectu*, quia confirmat baptizatum ad confitendum cum constantia fidei Christi. Pax Jordan. lib. 3. tit. 2. num. 1. Gobati in *Experim. Theolog. tradi.* 2. num. 742. Layman lib. 5. tradi. 3. cap. 1. Maftrii in 4. *Sentent. disp.* 2. num. 200. Et in Theol. Moral. disp. 17. num. 62. atque Eminent. Cardinalis de Laurea pariter in 4. *Sent. tom. 3. de Sacram. Confir. disp.* 1. num. 2. &c. 3. ubi adverterit, primos omnium, qui negant hoc Sacramentum, fuisse Donatistas, testi Sallele tom. 2. reg. 234. deinde Messalinos, Albigenses, & Valdenses, tandem Lutherum, & Calvinum cum suis sequacibus.

Constat autem, Sacramentum Confirmationis esse in Ecclesia. cap. *Omnes*. cap. *Spiritus*. cap. *De his vero*. cap. *Manus*. De *Consecr.* disp. 5. Cap. *Multiplicarium*. 26. q. 1. Cap. *Unico*. §. *Per frontis*. De *Sacra Undis*. & cap. *Quoniam de Sent. Excom.* in 6. Et præter alia Concilia, que citantur per eundem